Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26539
Copyright: Admont, Benediktinerstift

semper retinebat. quod sancto symeoni. qui incolu
mis stetit per reuelationem factum est notum. quia
ut ait exeunte anima de corpore. obuiant
ei cum ascenderit a terra in celum. chori de
monum. singuli in proprio ordine. Obuiat ei
chorus demonum superbie. inuestigant eam. si
habeat opera eorum. Obuiat chorus spirituum
detractionis. aspiciunt si aliquando
ob locuta sit. et penitentiam non egerit. Ob
et superbus uiant ei iterum demones fornicationis. scru
tantur si recognoscant in ea uoluptates
suas. et quando a terra usque ad celum mise
ra anima posita ratione peruenerit. se
orsum ab ea sancti angeli stabunt. et non obui
abunt ei nisi bonitates sue. Hec considera
ns hic nobilis perterritus pro tali hora. et
sollicitus factus est. ferens in memoria. et
illud sancti hilarionis eloquium. quia cum exitura esset